In omnibus autem alijs suis Bonis mobilibus et immobilibus iuribus, et actionibus presentibus, et futuris sibi hęredem vniuersalem instituit, et esse voluit Petrum eius filium Pupillum. Item vero Tutores dicti Petri Pupilli, et dictarum eius filiarum pupillarum, et huius Testamenti executores et Fideicomissarios voluit esse Franciscum dictum Cinignatum eius fratrem, et Nicolaum Cugnizą q: m Dni Lamoreti de Buia in solidum absoluens, et liberans dictos Tutores a ratione administrationis tutelą vendendę tempore congruo, et ipsam rationem eis remittens per pactum expressum. Et sic suam vltimam voluntatem, et vltimum Testamentum asseuerit esse velle quod, et quam valere voluit iure Testamenti quod si non valeret iure Testamenti, valeat saltem iure Codicillorum, et cuiuslibet vltimę voluntatis, quibus potest, et valere, et tenere &c.

Ad dictum Testamentum presentes fuerunt ex ore dicti -

Testatoris rogati. Jacobus Pregas olim Pedrani, Leonardus Brassani, Nicolaus dictus Nicolinus, Blasius q: Negri, Bassinus q: Marsani, Laurus q: Cermuli, Jacobus dictus Zuelan omnes de Brulia, et alijs propinquis vocati, et rogati &c.

Testamentum premissum è notis q: Sp. Dñi Leonardi de Zoiccina ex m Clemente Notarij existentibus in Archivio eiusdem Loci aliena manu eduxit, factaque prius debita collatione concordare inuenit, se in fidem subscripsit Josep Sporenus Pub: Ap: auctu Clemente Not?, ac Archivista &c.

Die 17: Maij 1756

In Christi Nomine Amen

Anno Nativitatis eiusdem

Millesimo Trecentesimo Sexagesimo quinto

Indictione Tertia die Decimaquarta Mensis Octobris

In Castro, in Faganea prope Domum Communis. Presentibus

Domino Tinosio q Dñi Odorlici, Rugelminio filio ipsius Dñi

Tinosij Floreano filio olim Leonardi Comunis q Odorlici,

omnibus de Faganea, et Petro q Dñi Bossi de Melso, et

Torino q: Dñi Bernardi de Caronaco, et Joannie Fabro

in Faganea habitantibus, testibus, et alijs plurimis.

Dñus Thomadus dictus Thotenus de Faganea q: Dñi Rodulphi de Brulia Camerario nomine dictarum Fraternitatum considerans infrascriptam Permutationem ad comodum ipsarum Fraternitatum cedere proficuum posse, et esse, et nomine predictarum Fraternitatum, suorque Successorum dedit, permutauit, et affictauit, et tradidit Benedicto dicto Bergagnono filio Dñi Tinosij de Faganea stipulanti presenti pro se, suisque heredibus, et cui de iure voluerit recipienti unum Edimen Domorum cum Braiatio, et Campis in simul continens, et iacens sitos in Faganea in loco, qui dicitur Arclusius, cuius hi dicuntur confines, ab uno latere est via publica

ab

ab alterо Latere est Terra Maage ... rectam per Rectum q. Jacobi, ab altero Lat... possidet dicti Bergagnonus, et ab alteribus Latcribus possident Heredes q. Jacobi ... et Paulichi de Paganeo, uel si qui forent ueriores confines; Et hoc iure proprij, saluo iure Decimę in parte dictorum Bonorum, pertinentia cum omnibus, et singulis, quę dicta Bona habent supra se intra se, uel infra se, in integrum accessibus, et egressibus suis libere usque in uias publicas, cum omnibus, et singulis quę intra predictos confines uel alios si qui forent, accessibus, et egressibus ut supra omnique iure, et actione usu, seu requisitione, seruitute, Dominio, et honore, comodo, et utilitate sibi ex dictis, uel predictis, seu ad ipsos Bonos me o quocumque spectantibus, et pertinentibus de iure, uel de facto, ad habendum, tenendum cum[pro]no iure possidendum, dandum, uendendum, permutandum pro anima, et corpore iudicandum, et quicquid quod dicto Bergagnono, et suis heredibus de dictis Bonis, deinceps perpetuo placuerit faciendum, saluo iure ficti perpetuali, dando, et soluendo ad dictas Fraternitates Sanctorum Antonij, et Nicolaj, uel eorum Successores annis, et singulis in Natiuitate Domini, uel ab hinc diebus post decimam nouam de mandorum Aquilejensium, et nihil aliud. Cum pacto, et conditione si in predicto termino dicti ficti non fuerit persoluti, tunc Camerarius Fraternitatis predictę, qui de tempore fuerit possit, et ualeat super Bonis predictis impignorare pro eo ficto, quod restantes dare ad suum libitum sine aliqua intromissione uel Iudicio Dominij usque ad integram solutionem ficti, Ita tamen cum pacto si dictus Bergagnonus uel eius heredes aliquo tempore uendere uellet Bona predicta, tunc ipse prefatus debet, et dare ad Camerarium predictum Fraternitatem infra dies quindecim et sibi dari pro minori precio quam alijs personis denariorum uiginti Aquilejensium. Quam quidem quantitatem terre predictus Bergagnonus per se, suosque heredes dedit, permutauit, et tradidit suprascripto Dño Ulotero Camerario, et procuratori predictarum Fraternitatum Sanctorum Antonij, et Nicolaj de Paganica, et uice, et nomine dictarum Fraternitatum, suorumque Successorum presentis uie progny eorum Bariosium sitam in Paganica prope Ecclesiam, et Monasterium Sancti Antonij, et prope Territorium ipsius Bergagnoni, et prope uiam Publicam, et prope Ecclesiam S.ti Seraphini, quod Barozzum uegetabile per Leonardum Nonium, uel si qui forent ueriores confines. Ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, uendendum, permutandum, et quicquid quod dicte Fraternitati, et eorum Successoribus deinceps perpetuo placuerit

iaciendum, cum omnibus, et singulis quæ habet super se, intra, uel infra se. in, integrum, omnique iure, et actione usu, seu requisitione, seruitute, Domino, et honore comodo, et vtilitate sibi de dicto, uel predicto, siue ad ipsum Baiaruzium modo quocumque spectantibus, uel pertinentibus de iure, uel de facto Ita quidem dictus Thoianus Procurator, et Camerarius nomine dictarum Fraternitatum ex una parte, et dictus Bargagnonus ex altera videlicet unusquisque eorum ipsorum alterius nomine à se permutatum, et datum constituit precario nomine possedere usque eorum rei sibi traditæ et permutatæ, et aprehensæ tenutam intrauerit, et possessionem acceperit corporalem, quam incipiendi auctoritate propria, et retinendi deinceps una pars alteri ad inuicem licentiam omnimodam conferendo sibi prædictum Florianum Testem in nuntium, et procuratorem ponat, quatenus unusquisque partem, et possessionem rei sibi permutatæ vrias, et Procurator nomine dictarum Fraternitatum cum obligatione omnium Bonorum dictarum Fraternitatum seu conuentus ipsius Ecclesiæ Sanctorum Antonij, et Nicolai, atque dictus Bargagnonus per se, suosque heredes cum obligatione omnium bonorum suorum mobilium, et immobilium, presentium, et futurorum, et cum damnis, et expensis, quæ, et quas una pars, et alteri ad inuicem solemni stipulatione hinc inde intervenientes prædictam permutationem et omnia, et singula in hoc Instrumento contenta, perpetuò, firma, rata, et grata habere, tenere, atque unusquisque rem à se permutatam, alteri ad inuicem ab omni homine [inuicem] à tale, Collegio, et persona in ratione legitima defendere, manutenere, authorizare, laurentare, et in solidum disbrigare, nunquam quoque contra promissa, uel inscripta uel ipsorum aliquid, uel alios facere, facere uel uenire ratione aliqua, dolo ingenio ingratitudine sine causa de iure, uel de facto sub pœna dupli valoris rei, de qua questio ex prædictis mouebatur prout tempore plus valuerit, uel melioratæ fuerint minus quinque solidorum Veronensium parcionum in singulis Capitulis stipulata promissa, quæ pro parte obseruantem totius

parti

pati, et exigi possit a parte non observante predicta, quoties committetur in ipsam, et ea soluta, vel non prejens Instrumentum de omnibus, et per omnia semper stabile obtineat plenum robur. Insuper dicte Dñus Thotenus, et Bargagnonus renunciantes exceptioni doli, mali, conditioni, sine causa facti, actioni dicte permutationi, pacti non habiti, non assignati inter eorum tempora huius contractus, et omni legum, et iuris auxilio tam Canonico, quam Civili, omnique eorum actioni, defensioni, et sibi competentibus, et competituris, quibus contra predicta se possent modo aliquo defendere, vel tueri, pro quibus omnibus abendis et firmiter observandis pro parte ipsius Draialeg & Thotenus Camerarius ut supra eidem Bargagnono obligarunt omnia Bona ipsius Ecclesie et Fraternitatis mobilia, et immobilia presentia, et futura in iure pro parte ipsi Bargagnono, et pro ipso Dñus Thinosius Vestes predictus eidem Dño Thotenus stipulanti, et recipienti vice, et nomine quo supra obligarunt omnia sua Bona tam habita, quam habenda.

Ego Joannes de Mantio Imperiali Auctoritate Not.s &c. omnibus interfui, Hanc cartam vulgariter scripsi.

Documentum premissum in his duobus foliis contentum cum alio consimili autentico existente in quodam libro vel in membrana cooperto scripto manu Quondam Egidii Fagiani, et alia Rhendalia Patrie Fori Julij propria exemplavit manu, et propria incontinente die se in fidem subscripsit in quorum

Valentinus Pellauti Pub.s N.s Auctoritate Not.s

Die 25 Augusti 1751

In Christi Nomine Amen.

Anno Nativitatis eiusdem

Milesimo Terentesimo Sexagesimo Sexto

Indictione quarta die Octava Mensis Aprilis

Actum Tarenti in Centa penes Carrigam Nicolai de Prosecutibus. Coram Egidio filio Sancti de Auenrono, et Iacobo q: Caludaij de Vendelio, et Ciriaco q: Nicolai de Artenea habitante in Tarento et Jacobo q: Cosmadei dicti Loci Testibus, et alijs.

Cum Lis, et questio verset inter Auerardum q: Bonauenuti de Baia, et
& Comuh: m & Berthuccij dicti Loci occasione extorum Bonorum sitorum
in Baia scilicet Auerardus petente de Dotibus, et Iuribus olim Pelle-
grine dicte Uxoris et & Comuhio petente da hereditate matris sue, uel
ationum &c quamquidem dictus Auerardus se compromisit in Dnos:
Ser: Danielem de Spiguinbergo, et & Comuhium in Dnum Bertalmeum
de Eboli, et si ipsi duo concordes esse non possent, quod Ipsum de
Iaurento sit Tertius, et hoc ad Festum Sancti Georgij proximi Arbi-
trando, et non Litigando, uel &c promitens hoc ratum sub pena
quinquaginta Librarum, cuius medietas applicetur arbitribus, alia uero
medietas parti attendenti iuramentum &c cum omni melio amento

De notis abbreuiaturis olim Reggerij dni Landuli
Dni Iaurenti Not: existentibus penes N: Dnum Antonium
de Montegnano Iaurenti Plebanum manu propria extraxi,
facta incontrachine cum Originali concordare inueni, ideo
me subscripsi Ego Hieronimus Cecchi Publ: N: A: Cuius
Not: in fidem

Die 4 Mensis Iunij

In Christi Nomine Amen
Anno Natiuitatis Eiusdem
Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Sexto.
Indictione A: Die 11.a Mensis Iunij
Actum in Molinis iuxta Molendinum infrascriptum
Presentibus Petro q: Crassij Barberij Fantino q: Pasciani,
et Francisco q: Missij Sfidati omnibus de Segnaco Pes-
tibus, et alijs:

Cum Laurentius q: Enaini de Fragna Ciuis Communis Vrbini datus fuit
Iudex tenute per laudum, et sententiam latam coram Dño
Ioanne de Monticulis J: V: D: ad conducendum D: Actum q: P
Anzeloti de Baia ciuis Ciuitatis Molentini citi super Aquam Iarris
de Molinis ab una parte cui Publica, a secunda Latitur Aqua.

Dnorij

Tavine, et à quarta Dñus Richardus, uel alt. qui Laurentius tenuta
Hanchus imposuit dictum Hochum in tenutam, et possessionem corpoream de dicto Molendino semel, bis, et tercio dando Ostium dicti Molendini in manus aperiendo, et claudendo, et ipsum in ipso Molendino conducendo in signum tenute, et possessionis corporalis cum omni melioramento.

De nobis, et abbreuiatis olim Iuggacij Dñi Candidi Iani Iaurenti Notarij existentibus penes Nob. Dñum Antonium de Montegrano Iaurenti Hebdomadam fuit in mundatione cum originali concordare inueni, ideo me subscripsi.

Ego Hieronimus Petronij Rub.i V.-H. Bute Not.s infidem

Die .4. 7bris 1444

In Christi Nomine Amen

Anno à Nativitate eiusdem.

Millesimo Tercentesimo Septuagesimo quinto

Indictione Tertia die quinto Mensis Septembris

Presentibus Daniele Iaij de Villa de Flemona, Leonardo filio Petri Iaken de Hortanea, Nicolo filio Rizulti de Flemona, Maczio Tabernario Hospitalis, Simeono Orseti de Vernono Testibus de Flemona, et alijs ad hec uocatis, et rogatis

Dñus Morandus dicti ijaculus de Bucia habitans Venzoni ex causa Donationis pure, Libere, simplicis, et irreuocabilis, que dicitur inter uiuos, et pro Animabus Laurentium suorum, et sua, dedit donauit Patri Nicolassio de Manicio Priori Hospitalis Sancti Spiritus de Flemona stipulanti, et recipienti nomine dicti Hospitalis quendam perpetualem reddidum, e Linellum unius stagij Terreni, et unius stagij hulgi, que solebant iura Linelli per Donatajachum de Cayasola super quodam Campo Terre Hortatorie, et arborate

sity in Villa Jacesole, et fiorat in via Publica, et in Aqua ipsius
Doualgiuti à duabus partibus. Cum pacto quod quilibet Rector
pro tempore fuerit, teneatur in Anima sua celebrari facere unam
missam Solemnem omni anno in festo Sancti Michaelis pro Animar
bus eorum, et promisit per se suos defendere &c.

Ad Rec fuit data Traditus tenuta Leonardus dicti
Ichum Glemone in Ecclesia inferiori Ospitalis ante Altare.

Ego Henricus q: Joannis de Turricto habitans Glemone
Imperiali Auct. Not. Pub. ea commissione mihi facta per
Reverendissimum in Christo Patrem, et Dominum Nostrum
Dominum Majoragium Dei Gratia Sancte Sedis Aquile-
iensis Patriarchum dignissimum potui invenii in abbre-
viatura olim q Megnardi Sanij Not. de Glemona nil addens-
vel minuens, quod sensum mutet, vel variet intellectu
ita rogatus in formam publicam redegi.

Documentum per missum ex consimili autentico in carta Selina
mihi exibito à Nobili Domino Comite, et Canonico Georgio Antonio
Alti Priore Sancti Spiritus in Colibus Glemone manu propria exem-
plavi, et facta incontractione cum eo concordare inveni, ideo in
fidem subscripsi Ego Valentinus Sancti Quirici Pub. Imp. Not.

Die primo Julij 1768

In Christi Nomine Amen
Anno Nativitatis eiusdem
Millesimo Centesimo Septuagesimo septimo
Indictione Decima quinta Die 14to mensis Maij
Ichum Buzigi in curia Domus solite habitationis Nicolai
q: Zanovelli. Presentibus dicto Nicolao Colloppo filio Tumultini
Matthiussio q: Nicolai Curia, et Leonardo filio Bessiani omnibus

de

de Bugia &c stibus, et aliis.

(Christofonus q: Francisci Conetti de Buga per se &c. proprium ius proprij, et Rhendum iure Rhendi dedit, et uendedit Antonio filio Cuassi de Buga uenti per se &c quadam eius Braidam terratam et arborata sitam Buge in Cuminaly in loco uocato Riuis iuxta uiam Publicam à duabus partibus iuxta Tedericum manutentorem subscriptum iuxta Cuassium Patrem dicti Emptoris, uel alios &c habendum, tenendum, possidendum, uendendum, et cum omni iure, et proprietate pretio et loco marcarum Denariorum Decem &c ilicensis monete à se habitum à dicto Emptore, prout ibidem continebatur, et confessus fuit, renuntians exceptioni sibi non dati, non habiti dicti precij tempore huius contractus, et omni Legum &c constitucns se nomine dicti Emptoris possidere dictam Braidam uenditam &c. Et promitens dictus Venditor per se, et cum obligatione omnium suorum bonorum presentium, et futurorum, ac refectione damnorum omnium, et expensarum Litis, ac interesse dicto Emptori stipulanti, per se &c. litem non mouere, et se in iure ab omni persona manutenere, et eadem habere, et non contrafacere, uel uenire per se, uel aliud sub pena dupli ualoris dicte Braide pactis omnibus ad hec dendis precibus, et instantia dicti Venditoris pro eiusdem Emptore Tedericus q: Francisci Conetti de Buga frater dicti Venditoris per se, et eius heredes actiuus in iure legitimus defensator, manutentor, et in solidum disbrigator ab omni homine Collegio, Ecclesia et persona qualibet, et ad hoc obligauit specialiter omnia sua bona presentia futura, cum refectione damnorum omnium, et expensarum Litis, et extra, et interesse, fuit que Franchus tenutus assignare Nicolao q: Zamonetti de Buga Testi presentes &c. cum omni melioramento.

De notis olim Dñi Candidi Vani Not.ii Varcent exis-
tentibus penes Nob: D: Antoniam de Montagnana Clericum Varcenti manu propria extracti facta concordatione

cum Originali concordare inuenj ideò me subscripsi. Ego Hieronimus Leonitj Pub.s V.A. Buiq Not.s in fidem &c.

Die A.a 10bris 1744.

In Christi Nomine Amen

Anno Natiuitatis eiusdem

Millesimo Trecentesimo Septuagesimo Septimo

Indictione xv.a Die xg. Mensis Martij

Actum Tarenti sub Logia Communis dicti Loci presentibus Comascio filio Jacobi de Buga nunc q. Benj de Perulcio Bizzarro q. Iuppij de Zeglano, Odonco q. Arnej de Vlemona habitante in Zeglano, et Antonio filio Augustini de Tarento Testibus, et alijs pluribus

Iacobus q. Petri Corbelli de Tarento per se Hes iure Liuelli perpetualj dedit, Locauit, et inuestiuit Leonardi q. Valentis Tistulatonj de Buga stipulanti per se Hes unam Buiarzium partim arratiuum, et partim Boscosum arbompem situm in Buga in Curgnano iuxta viam Rubiham iuxta Dotem Plebium de Buga iuxta Franiscum Benj Testem productum, et iuxta & Comunium de Buga. Item unam Seluam sitam in loco Conzako iuxta Blasinam relictam q. Marquardelli Not.ij de Buga iuxta Dnum Iuliamum de Vlemona à duabus partibus, et iuxta dictam Blasinam uel alijs Hes. Ad habendum, tenendum &c. soluendo annuatim per predictis Bonis iure Liuelli perpetualj dicto Locatori, et suis heredibus aut cui ius suum dare uoluerit in festo Natiuitatis Domini, uel octo diebus post duas Marchas Denariorum Aquilejensis monetæ, et unum Amiarum, et non aliud Hes cum omni iure spangandi, et dispangendi &c. consuetis se nomine dicti conductionis possidere &c. promittens dictus Locator per se, et eius heredes, et cum obligatione omnium suorum Bonorum presentium, et futurorum, ac refectione damnorum omnium, et expensarum Litis, et extra, ac interesse dicti Emptoris stipulanti per se Hes. Item non mouere &c. et in iure ab omni persona manutenere, et ratum habere et non contrafacere, uel uenire per se, uel aliud sub pena dupli valoris dictorum Bonorum &c. fuitque Nuntiij tenuti assignatis Bonis Testis prefatis cum omni melioramento.

Ex notis olim Dñi Cancelli Vnici Tarentj Notarij

exsignaui

existentibus penes Nobilem Dominum Antonium de Monte-
gnaco Parrochi Plebanum manu propria extraxi facta inconfrac-
tione cum Originali concordare inueni ideò me subscripsi
Ego Hieronimus Peloniti Pub.s V. A. Buiq Not.s in fidem &c.
Die A.o Tertis 1749.

In Christi Nomine Amen
Anno Natiuitatis eiusdem
Milesimo Terrentesimo Octuagesimo primo.
Indictione quarta Die Decimaquarta Julij
Actum Nimis in via Publica, qua itur in Vrbanq.
Presentibus Aloysio q.m Nicolaj Sinutti de Vendoia, Minico q.m
Jacobi de Buga habitante in Sancto Daniele, Jacobo filio Cesarei
fabro de Nimis et Mauro q.m Nicolai Cedule de eodem Loco et Joanne
q.m Nicolai de Nimis habitante in Partistagno et Federico q.m Marquardi
de Buga habitante in Sancto Daniele Testibus, et alijs.
Discretus Vir Presbiter Nicolaus q.m Marquardi de Buga habitans in Cassaco,
et Joannes Pastor eius Frater. q.m Eini Marquardi de Buga habitante in
Sancto Daniele proprio, et suo Nomine Marchanum denariorum
Aquileiensis Monetæ, quod totum prætium fuerunt contenti, et confessi
habuisse, et integre recepisse à Nicolaysio q.m Henrici Zammenevesi de
Nimis renunciantes exceptioni [illegible] non dati, non habiti dicti prætij &c.
pro se, et eorum Heredes, proprium ius proprij, et Dhreudum ius Dhreudi
dederunt, vendiderunt dicto Nicolaysio q.m Henrici Zammenevesij de
Nimis ementi pro se &c. medium eorum Mansum situm in villa de
Maiano vocatum vo Manfredum q.m Leonardi huiq Vicis, et confrontato
cum omnibus pro certa quantitate. Carreni dicti medij Mansi decimam, cui
de iure debeant, et non aliud &c. cum Domibus, Sedimonijs, Domo-
rum, Curtijs, Hortis, Buiarzijs &c. atque cum omnibus, et singulis,
quæ habet super se, intra se, seu infra se in integrum, omnique
alio iure, et actione, usu, seu requisitione, seruitute, Dominio, Onere,

commodo &c. Ad habendum tenendum, possidendum, vendendum, dandum
donandum alienandum, pro Anima, et corpore vendendum, et quidquid dicti
emptori &c. Promittens &c. Constituentes se nomine dicti Emptoris possidere
dictum medium Mansum venditum &c. promittentesque dicti Venditores
per se, ad eorum heredes et utique ipsorum principaliter, et in solidum,
et cum obligatione omnium suorum Bonorum, presentium et futurorum
ac refectione damnorum omnium eorumdem Loris, et extra, ac intromisse
ipsi Emptoris, presenti pro se, suisque heredibus, aut cui ius suum dare vole=
rit dicti Venditores et Venditionem, et omnia, et singula in hoc Instrumento
contenta, se perpetuo firma, rata, et grata habere, et tenere et nihilominus
eidem Emptori, suisque heredibus, aut cui ius suum dederit in iure dictum
medium Mansum legittimè defendere, disbrigare, et in solidum manutenere
ab omni homine, Collegio, Decesia, Vniuersitate, et persona quamlibet et
non contrafacere, dicere, nel venire per se, nel aliud &c. sub pena dupli
valoris dicti medij Mansi venditi, et pro tempore plus valuerit nel melio
rum fuerit minus quenque solidorum Veronensium parvorum in singulis
Capitulis huius Instrumenti stipulata qua. soluta, nel non &c. suisque [illegible]
semper, et [illegible] Stipulatione vestis postactis, et cum omni melioramento.

De notis olim Aggregij Dñi Candidi Dani Darenti Not.ij existen.
tibus penes Nobilem Dñum Antonium de montagnano Parent. Mi Camillus
manu propria extraxi, facta encontractione cum Originali concordan
inuenni, ideo me subscripsi. Quo mandamus Petrum Ant.o P.ti A
Dunc Not.ij in fidem &c.

Die 9. Julij 1744

In Christi Nomine Amen

Anno Domini Milesimo Terrentesimo Quadragesimo Sexto
Indictione Decima quarta Die Sexta Mensis Julij
Presentibus Dñi Vicardo q: Dñi Guilielmi de Fluxerono, Joanne q: Dñi
Ivachi de Gazonea, Matthiasio q: Dñi Arduinacij de Carnaco,
Thomaso q: Dñi Mathei de Cima Bonac, et Filipino q: Dñi Bartolini de
Cuca Matthiasio dicto Osto eiusdem Loci Testibus ad hec vocatis,
rogatis, et alijs.

Dñi

Dñus Nicolaus q: Dñi Jacobi de Ragonea, de voluntate et consensu Dñi Lisij Uxoris suę, et de voluntate, et consensu Dñi Uicardi de Colloreto.

Ommissis

Et Ego Franciscus filius Joannis de Mugla Imperiali Auctoritate Not^s predictus constitutus his omnibus interfui, et rogatus scripsi

Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo septimo.

Indictione Decimaquinta, Die tertia intrante Mensi Januarij

Presentibus Nobilibus Viris Dño Jacobo Plebano q: Dñi Tomoreti de Osoppo, Julielmo et Nicolussio q: Dñi Asquini de Colloreto Nicolussio q: Dñi Fanjini de Prampero, Nicolussio q: Dñi Anastasij de Forenzago Dictis vocatis rogatis, et alijs.

Cum Nobilis Vir Dñus Bernardus de Colloreto q: Dñi Julielmi de Venzone emerit a Dño Nicolao patruo q: Dñi Jacobi de Ragonea.

Ommissis

Et Ego Franciscus Filius Joannis de Mugla Imperiali Auct^a Not^s Jud^s his omnibus interfui et rogatus scripsi

In Domine Domini Amen Anno eiusdem Domini

Millesimo Trecentesimo quinquagesimo secundo Indictione quinta

Die vigesima prima Mensij Octobris. Presentibus Oliuino q: D

Antonij de Canonico, Dño Joanne q: Dñi Hermani de Buia, Iudesio q: Dñi Federici de Suyano, Duringuzio q: Joannij de Mels, Auenardo q: Franchi de Buia Testibus ad hec vocatis, rogatis, et alijs.

Dñus Reginardus de Villalta q: Dñi Andreutij, per se, suosque heredes pacto et Jure q.s. Marcharum denariorum Aquileiensis monete, quod totum pretium coram dictis testibus, et me Notario infrascripto contentus, confessus et manifestus fuit habuisse, et recepisse a Dño Uicardo de Colloreto q: Dñi Julielmi, et Elizeo dicti Loui q: Dñi Bernardi:

Et Ego Franciscus q: Joannis de Mugla Imp: Auct: Not: Jud: constitutus his omnibus. interfui, et rogatus scripsi:

Ultrascripta omnia, et singula in hoc folio contenta ex alijs consimilibus autenticis existentibus in Archivio Nobilis Dñi Comitis Philippi de Colloreto manu propria exemplavi, facta inde collatione cum Originali, concordare invenni, ideò me subscripsi Ego Valentinus Flandri Jud: Vic: Not: Publ:

In Christi Nomine Amen

Anno Natiuitatis Domini Nostri Jesu Christi
Millesimo Trecentesimo Octuagesimo quarto Indict.ne 7.ma die 26.to xbris
Actum in Strambone in Porticu habitationis infrascripti Testatoris.
Presentibus Francisco q. Guerri Castaldione Curie, Dominico dicto Nat,
Blasio q. Stephani, Nicolao filio Nat, Viano q. Leonardo, Magro Ja-
cobo filio Josoni et Dominico q. Petri Bupe, et aliis.

Q. Nicolaus dictus Cannutius de Strambone Sanus mente, et corpore, timens decedere
intestatus suarum rerum, et bonorum omnium disposuit per presens nuncu-
pativum Testamentum, nec scripsit in hunc modum facere procurauit.

In primis quidem legauit, et dimisit ecclesie Sancti Stephani pergeha-
lem unam Libram Olei per, et super uno Campo sito in Vispedielo

Item legauit Fraternitati Sancti Antonij unam libram Olei per, et super
dicto Campo

Item voluit, et ordinauit quod Heredes sui teneantur singulo anno facere fieri
unum Anniuersarium pro anima sua, et suorum predecessorum cum duobus
Stanijs Frumenti, et uno Stanij Fabarum in, et super duobus Campis im-
pertinentijs arratorijs siti in pertinentijs de Buia sub Strambone iuxta suos
confines.

Item legauit, et dimisit Dne Viane filie sue unum suum Campum compastaredum
arratorium situm in Tabela de Carmoni.

Item voluit, et ordinauit, quod infrascripti sui Heredes teneantur dictam Dnam
Vlianam filiam suam filiare honorifice cum expedit super suis Bonis.

In omnibus autem suis Bonis mobilibus, et immobilibus suum uniuersalem
Heredem instituit q. Barnabam filium suum.

Testamentum premissum de mory ad. Egregii Dni Federici
de Colloreto existentibus penes Nobilem Dnum Ignatium Nardutij
Not.m Insanto Daniele manu propria eduxit, et facta incontinenti
se in fidem subscripsit Valentinus Colluti Lub.s P. 4 Burie Not.s
die vij.s Junij 1740

Millesimo Trecentesimo Octuagesimo Octauo
Indictione Undecima die vero Vigesimo quarto Maij xbris
Ip Sancto Daniele in domo habitationis infrascripte Morantes
Presentibus Federico q. Marquardi, Petro q. Nicolaj, Leonardo
V.i

Ẽm Dominici Tambarlini, Orlando q: Inovaysini, Minuto q: Ded Omnibus
suprascriptis de Sancto Daniele, Leonardo q: Inovayj, et Petro q: Iacobi de
Maiano, Comatio q: Colayjj Sabadinuti de Sancto Danielo, et Dare filio
Petri de La Sega de Ragonea, et alijs &c.

Movassa filia q: Nicolai q: Angeloti habitantis in Sancto Daniele per Gratiam
Domini Nostri Jesu Christi sana mente, et sensu licet languear corpore
timens humanam fragilitatem &c suarum rerum, et Bonorum omnium
per presens Nuncupativum Testamentum sive scriptis in hunc modum dis-
positionem, et suum ultimum Testamentum fecere procuravit. In primis
quidem Sepulturam sui Corporis iuxit penes Ecclesiam Sancti Michaelis.
Item Legavit Ecclesię Sancti Danieli unam quartam frumenti, et Eccleyjs
Sancti Michaelis, Sancti Antonij, et Sancte Marię inter Muros Sancti Da-
nielis pro singulo unam mizinam frumenti. Item Legavit annuatim
fieri suum Anniversarium cum sex Presbiteris dando eorum cuilibet Ter
narios Aquileienses sex per infrascriptum Heredem suum, et quatuor dena-
rios Camerę Sancti Michelis super domum, quam habitat dicta Movassa, cuius
hi sunt Confines iuxta Georgium Odorici Pasqualis, iuxta dictam Testatricem,
et iuxta viam Publicam, et si infrascripti Heredes neglexerint facere di-
ctum Anniversarium, quod dicta Ecclesia Sancti Michelis se impedire va-
leat de dicta Domo, et facere dictum Anniversarium; Item Legavit Dno
Plebano Sancti Danielis Solidos viginti ex omnibus aliis Presbiteris in
Sancto Daniele habitantibus pro singulo solidos Decem semel. Item Le-
gavit Canatę unam suam tunicam de Pano. Item Legavit Philippę q: Marquardi
unum suum Psytaneum. Item Legavit Margaritę eius Amitę de Buta
unam suam Pelipiam. In omnibus autem suis Bonis mobilibus, et immo-
bilibus, iuribus, et actionibus sibi universalem Heredem instituit, et esse vo-
luit Christofonum eius filium, suos autem Commissarios iuxit esse et Le-
cum eius Patrem, Petrum Nicolaj, Federicum Marquardi, et Franciscum
eius Generum. Et hanc voluit esse suam ultimam voluntatem, et suum
ultimum Testamentum, quam, et quod valere voluit iure Testamenti,
et si iure Testamenti valere non posset, voluit valere iure
Codicillorum, et cuilibet alterius ultimę voluntatis, qua melius

valere potest, et teneve.

La presente copia mediante altra fedel mano, fatta prima
La debita incontratione, e questa trouata unisone fù extrata
per me Egidio de Michy Cancelliere di S: Daniele, e Not.o di
V: A: da un Protocolo del q: Sig.r Giorgio di Saluzza Not.o e Cit.
tadino presso questa Mag.ca Cancell.a ref in quorum &c.

In Christi Nomine Amen
Anno Nostuitatis eiusdem
Milesimo Trecentesimo Octuagesimo Nono
Indictione Duodecima die Decimaquarta Februarij
Actum Buie in Cauetio Sancti Stephani in Caniua Domus Canisij
de Buia q: Leonardi Soz de Mels: Presentibus ipso Canisio,
Ciriaco Faganee habitante q: Leonardi Soz de Mels,
Iacobo q: Stefani Schiauichi, Nicolao q: Minici de Verzono,
Francisco filio Antonij Notarij de Vmac, Barnaba filio
Comutij, Desiderato q: Cuerra de Buia, et Calixto Schiauo
q: Nicolai de Tamagnaco testibus et aliis pluribus ad hec
vocatis &c.

Ibique Nobilis Iuuenis Ioannes q: Dñi Danielis de Tagarea iure vsufrutuario
in perpetuum, ac pleno, et toto nonaginta octo, et dimidij Marchanum,
sedimonum parcorum, quod predium totum, prefatus Ioannes con-
fessus, et contentus fuit habuisse, et recepisse a Matheo q: Ioannis
Pitaculi de Verzono exceptioni non habit. &c. dicti precij, et omni
suo iure renuntians &c. per se, suosque heredes dedit, vendidit &c.
ipsi Matheo pro se ementi, et recipienti duos Mansos sitos in Villa
de Buia, et eius pertinentijs in Loco, qui dicitur Armenrago de supra
monte, et qui Mansi veniunt ad vnum per Stratam Publicam diuidentur
et regitur unus per Matricinium q: Dominici de Magaro, et pro

quo

quo soluit annuatim de redditu ad usum Curię quinque Stania fru-
menti, Decem Congia Vini, sexcęnta denarios Aquileienses, Gallinas
Duas, et unam Spatulam Porci, alter uero regiter per Colussium
Sclauum q: Nicolaj de Danaynaco, et pro quo soluit de redditu ad
usum Curię Stania tria Boni frumenti, Congia tria boni Vini, dena-
rios sexdecim Aquileienses, Gallinam unam, et Spatulam unam
uendens, atque tradens dictus Venditor per se &c. prę dicto Emptori
pro se, et Andrea suo fratre, ac eorum heredibus, et cui ius suum
dederunt prędictos duos mansos, ut ipsorum utrorumque cum
accessibus, et egressibus suis, usque in uias publicas, cum domi-
bus, Sedimibus, Casalibus, Casamentis, Curijs, Hortis, Braiarzijs,
Campis pastanatis, et non pastanatis, Vineis, Arboribus, Pratis, Siluis,
Fremoribus, Paludibus, Vasculationibus, Aquis, Piscationibus, Aqua-
rumque, Ductibus, Venationibus, aucupationibus, Vijs, semitis, tra-
mitibus, Fossatis, andamentis, et cum omni Dominio, honore, et seo-
nitate, usu, seu requisitione, iure, et actione reali, personali,
utili, et directa, tacita, et expressa, atque cum omnibus, et singulis
eisdem mansis, et ipsorum utrique adherentibus, et pertinentibus
tam de iure, quam de consuetudine, et de facto Ad habendum, te-
nendum, possidendum &c. constituens se dictus Venditor mansos
prędictos nomine dicti Emptoris possidere, donec ipsorum tenutam
acceperit, et si plus dicto prętio uiderent, illud plus dictus Venditor
eidem Emptori pro supra nomine recipienti, dedit, et donauit titulo
donationis inter uiuos &c. et promisit supradictus Venditor per se &c.
eidem Emptori &c. de ipsis mansis nullam, seu parte eorum aliqua
nullam mouere de cetero questionem, nec mouentibus &c. sed ipsos,
et ipsorum utrorumque cum omnibus eorum iuribus, et pertinentijs
ab omni homine &c. in iure legitime defendere, manutenere, et
et de ipsis mansis adimplere requisitionem prefati Emptoris, et

Notarij dare, et prestare eij bonum, idoneum, et sufficientem
manutentorem, et dictam Venditionem portij salua &c. et
omnia &c. perpetuo firma habere, tenere &c. et non contrafa-
cere &c. sub pena dupli, et refectione damnorum &c. cum om̃i
petitione omnium bonorum suorum &c. eaque pena soluta &c.
cum omni melioramento. Huiusmodi tenoris datus fuit Volumen Petris
suprascriptis.

Ita noto q: Sp. Dñi Joannis q: Hermani de Ven
tione Notarij existentibus versus Norbem unum comitem
Mariam à Deo mano propria reduxi, et in fidem me
subscripsi Ego Valentinus Collauti Brixie P.s V.A. Not.s

In Christi Nomine Amen

Anno eiusdem Nativitatis.

Millesimo Quadragesimo Nonagesimo octauo.

Indictione quinta Die uero quinta Mensis Februarij

Actum Lemonę in Statta Domus habitationis mei Notarij
infrascripti Presentibus ibidem M.ro Jacobo filio q:
Joannis del Negri de Artenea, Antonio Faline filio
q: Joannis de Bergamo habitante in Brixia, Nicolao
filio q: Odonis Viani de Artenea, Batta filio
Jacobi Briant de Brixia Testibus ad hęc habitis, vocatis,
et specialiter rogatis.

Ibique Paganus Pedron filius q: Dominici de Brixia per se, et suos hęredes
et vice Loco, et nomine Petri sui fratris, et filij q: Dominici, pro
quo promisit de ratificatione, suo obligatione omnium suorum
bonorum presentium, et futurorum titulo Venditionis dedit, cessit
transtulit, et mandauit Dominico, et M.ro Nicolao fratribus, et filijs

q.m

Cm Mo Joannij Agosti de Buia ibidem presentibus pro se, eorumque heredibus, ac uice, loco, et nomine suorum fratrum, et pro eis, ac eorum heredibus stipulantibus, et recipientibus omnia, et singula iura, et actiones reales, et personales, mixtas, prejorias, ac ciuiles, tacitas, et expressas que, et quas idem Pasculus, et frater habebat, et habere poterat, et que eisdem spectare, et pertinere poterant in, et super infrascriptis bonis et primo super quodam Domo, Sedimine, cum Broida ibi contigua sita in Buia siue eius pertinentijs iuxta Magnificum Antonium Comutij, et iuxta uias Publicas circumquaque.

Item per, et super uno Orto sito iuxta Antonium, iuxta quodam Orbum, quod permutauer ad Sortes cum Angelo de Fort, et cum Pontello, et iuxta Joannem de Baco, et iuxta & Danielem del Ch de Spegnimbergo.

Item per, et super alio Orto sito iuxta Arnaertaretiam de Soramont, iuxta Martinum Duringhini, iuxta Bizarduem de Buia, iuxta heredes olim della Chiesa, et iuxta Jacobum Briant

Item per, et super quodam alio Orto sito iuxta Antonium Vadian iuxta & Bizarduem suprascriptum, iuxta Simonem Fulcherij iuxta Dominicum Viani, iuxta Jacobum Briatt.

Item per, et super quodam alio Orto sito iuxta & Joannem Barnaba, iuxta Petrum Losa, iuxta quoddam Orbum, quod permutauer cum Martino Duringhin, et cum eodem Pasculo, et iuxta Guarnerium.

Item, per, et super quodam Casalda sita iuxta Simonem & Bizardi, iuxta Jacobum dell' Host à duabus partibus, iuxta Joannem della Virghina.

Item per, et super quadam Siluam sitam iuxta Leonardum della Paulina à duabus partibus iuxta Simonem & Zalli, iuxta Antonium Guerra, uel iuxta Antonium Bononem, uenoues confines. si qui forent super quibus quidem Bonis idem Pasculus, et Frater soluebant &

Jacobo Liticini de Cenzono iure Lineti, quinque staria Frumenti
Duodecim Congios Vini, unam Spatulam Porcinam, unam Galinam
unam Mezinam Fabarum, et unam Mezinam Castanearum.

Item unum Linetum unius Jugeri denariorum Aquileien-
siam q Jacobo q: Dominici Murler de Amaro, et nil aliud ali-
cui persone. Constituentes eosdem Fratres Procuratores in rem suam
propriam, et ponens ipsos in Locum suum, itaque amodo actionibus,
vicibus, et directis dicti Fratres possint, et valeant dicta Bona cum
juribus sibi pertinentibus habere, tenere, et possidere, dare, donare,
vendere, ed omnimodam eorum voluntatem facere circa omnia,
et singula alia facere, que idem Lasculus, et fratres facere poterant
huiusmodi cessionem virtute quorumlibet Instrumentorum, jurium
eisdem quomodolibet spectantibus, et pertinentibus pacisentes, et
convenientes, quod nemini alteri hactenus cessit jura predicta,
et tempore huiusmodi contractus dictorum jurium, et actionum
ipse, et frater erant veri domini, et possessores, quod si secus vene-
rivalet, promisit eosdem fratres conservare indemnes; Promisitque
prefatus Lasculus prò se, et nomine dicti Leti sui fratris, et eorum
heredum eisde fratribus stipulantibus rationem dare, litem, ne
questionem de dictis juribus, et actionibus ullo tempore non inferre,
et dicta jura, et actiones eisdem fratribus ab omni homine, Ecclesia,
et persona qualibet legitimè manutenere, defendere, et disbrigare
si, et in quantum per eundem Lasculum, et fratrem, vel alium
eorum nomine dicta Bona esse aliquantulum obligata, seu
alienata; aliter vero manutenere, et predictam cessionem, ac om-
nia, et singula suprascripta perpetuo firma, et rata habere, et
non contrafacere, vel venire per se, vel alium, seu alios aliqua
ratione, vel causa de jure, vel de facto sub pena dupli valoris

de

de quo questio moueretur minus quinque solidorum Veronensium parvulorum Stipulatione premissa, que pena solida, uel non rata maneant omnia et singula suprascripta, Item reficere, et restituere sibi omnia, et singula damna, et expensas Litis, et extra pro quarum omnibus, et Singulis firmiter attendendis, et plenius observandis prefatus Fasculus nomine eisdem fratribus stipulantibus ut supra omnia Bona sua presentia, et futura pro pretio, et nomine pretij dicte Cessionis ipsis iuribus processis nomine Librarum solidorum, quod pretium prefatus Fasculus fuit confessus habuisse ab eisdem fratribus exceptioni sibi non dati, non soluti et non numerati dicti pretij, et omni alij legum et iuris auxilio Canonico, et Ciuili omninò renuncians cum omni melioramento.

De notis olim Sp. Dni Joannis Orseoli Demonej, Notarij existentibus penes Nobilem dominum Hieronymum Locatellum propria manu eduxi, et facta incontractione cum Originali concordare inueni, ideo me in fidem subscripsi

Ego Valentinus Valentini Baij P.P. A. Not.s

Die 8. Junij 1740

In Christi Domine Amen

Anno Nativitatis eiusdem.

Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo octauo Indictione prima

Die Jouis Decimaquinta Mensis Februarij.

Actum Venzoni in Sacristia solite habitationis infrascripti q Jacobi

Presentibus Mro Luciano Mauri habitante in Latis, et Mro Joanne Antonio Jestore ad presens habitante in Tradisca his Testibus presentibus ad hoc habitis, vocatis, et rogatis.

Ibique Nobilis Vir q Jacobus de Petacchis Civis, et habitator dicte Terre Venzoni per se, et suos Heredes sine aliqua juris, uel facti exceptione, iure perpetuale Livelli dedit, Locauit, et concessit et in perpetuum alli[quod]uit prouido Viro Mro Dominico Cerdoni q Mri Joannis d'Asta de Buia habitante in dicta Villa in Loco nominato sopra monte ibidem presenti, stipulanti, et recipienti, et acceptanti pro se, et Jacobo, Leonardo, Nicolao, et Basta eorum fratribus, et pro eorum heredibus, unum suum certum Mansum alias possessum, et detentum per

Franciscum Cadronam, et Casculum eius filium Loco, et foco assentatum
situm in dicta Villa Buc, et eius pertinenty in Loco nominato Sovahonte. iuxta
suos confines cum omnibus, et singulis Campis, Terris, Pratis, Silvis, Vremonbus
Cascuis, Calidibus, et cum omnibus aliis Bonis ad predictum Mansum
spectantibus, et pertinentibus, cum accessibus, ed aggressibus suis usque
in vias publicas et cum omnibus, et singulis, que dictus Mansus habet
super, et infrà se in integrum, atque alio iure, et actione, usu, et requi-
sitione ipsi Manso medio quibuscumque spectantibus et pertinentibus &c.
tam de iure, quam de facto, seu consuetudine. Ad habendum, tenendum
possidendum, ac quasi dictum Mansum gaudendum, et usufructuan-
dum. Et hoc ideò fecit dictus Jacobus, et se obligauit, quia prefatus
Mr. Dominicus per se et vice ac nomine antedictorum eius fratrum, et
per eorum heredes sub obligatione omnium suorum Bonorum mobilium, et
immobilium Stabilium, presentium, et futurorum, ac integra refectione
omnium, et singulorum damnorum, et expensarum Lis, et extra ac interesse
sine aliqua iuris, vel facti exceptione. se solemniter obligando promisit,
ac se obligauit antedicto Jacobo ibidem presenti, stipulanti, et recipienti
pro se, et suis heredibus, aut cui ius suum dare voluerit ad dandum, et soli-
uendum annuatim de affictu seu Loueto supradicto Manso primò stario-
ni vini, et medio frumenti quinque ad mensuram affictus ad festum Assum-
ptionis B. V. de mense Augusti; Item Congia Soni, et vini duodecim
ad mensuram affictus ad festum Sancti Michaelis; Item unam Mezinam
Castenearum ad mensuram affictus, Item unam Mezinam Fabarum ad
mensuram affictus. Item unam Galinam cum Ouis, Vnam Spatulam Por-
cinam, et Libras denariorum octo dictum, et conductum dictum affictum
superius declaratum in dicta Terra Ventioni ad domum prefati Jacobi
omnibus sumptibus dicti Mri Dominici, et fratrum, et eorum heredum
termino dicte Locationis seu Conductionis incipiente currere hodie,
usque diem Decimamquintam instantis mensis Februarij, cum omni

iure

iure spangare, et spangari faciendi dictum Mansum semel, bis et tertio, et
post spangas iuridice appositas se de eo intromitendi, siue per dicto Liuello non
non soluto &c. Pignorum, et pignorandi faciendi prefatum M^ro Dominicum,
et dictos eius fratres, et eorum heredes, si ipsi & Jacobo, et eius heredibus,
uel cui &c. ius suum dederint magis placuerit, et hoc in predictis Dominis de
dicto affictu, seu Liuello supenus declarato non fuerint integraliter persolutum,
et satisfactum a dicto M^ro Dominico, et fratribus, et eorum heredibus et alios
quoscunque tenentes et possidentes dictum Mansum. Constituens dictus & Jaco:
bus Locator suprascriptum Mansum se precario nomine possidere, uel quasi no:
mine dicti Mag^ri Dominici donec dictus nō: Dominicus, seu dicti eorum fratres:
aut eorum heredes eius tenutam intrauerit, et possessionem accepit corpo:
raliter, uel quasi &c. quam accipiendi, et in se retinendi eidem & Jacobo Licen:
tiam omnimodam contulerunt, atque dederunt, hoc tamen pacto inter ipsas
partes habito et solemni stipulatione vallato, et firmato predictus Dominicus, et
sui fratres, et eorum heredes teneantur meliorare, et non deteriorare dictum
Mansum, et similiter teneantur, et obligati sint ad tenendum in comio Se:
dimen dicti Mansi. Promitentes ambe predicte partes dictus & Jacobus Locator
ex una, et dictus Mag^ri Dominicus Conductor per se, et nomine quo supra, et eorum
heredes ex alia, omnia et singula suprascripta in hac presenti Instrumento con:
tenta perpetuo firma rata et grata habere, tenere, obseruare, et firmiter
adimplere sub obligatione omnium suorum bonorum mobilium, et immobi:
lium presentium, et futurorum, et integra refectione omnium, et singulo:
rum damnorum, et expensarum litis et extra, ac interesse, neque aliquo mo:
do, seu via, contradictione, uel contrafactione, seu uenire per se, uel
alium, siue alios aliqua ratione, uel causa, dolo, uel ingenio de iure,
uel facto, seu quouis alio pacto, uel colore sub pena dupli valoris eius
de quo fuerit contrafactum minus quamque solidorum Veronensium per:
corum in singulis capitulis huius contractus stipulata, et promissa, qua
pena soluta, uel non presens nihilominus Instrumentum, et omnia, et
singula in eo contenta obtineat semper plenum robur, et perpetuam
firmitatem omni penitus impedimento, et contradictione cessante &c.

et dicto g Jacobus per se, et suos heredes promitens eidem m.ro Dominico, et eius fratribus, et eorum heredibus d dicto manso sic allivellato, et pertinentijs ipsius mansi sesi, et iuribus eius litem, aut controversiam non inferre, nec inferenti consentire aliquatenus. Sed hanc affictationem, Locationem, seu allivellationem, ac omnia, et singula suprascripta et in hoc presenti Instrumento contenta habere rata, et firma ut supra dictum est. Et nihil eidem m.ro Dominico, et eius fratribus, aut eorum heredibus dictum mansum, cum omnibus bonis ad ipsum spectantibus, ut supra dictum est, tam in proprietate, quam in possessione in iure legitimè defendere, tueri, authorizare, et disbrigare, et in solidum manutenere et warentare ab omni homine, Comune, Collegio, Ecclesia, Universitate et persona quatibet ipsis impediente sub antedicta obligatione omnium suorum bonorum mobilium, et immobilium, presentium, et futurorum.

Demum verò dictus g Jacobus Locator eidem m.o Dominico conductori in tenutium, et pro tenuto tenuit, dicti mansi dedit, et assignavit Robinetum Venem g Andream q; g Nicolai g. Antonij de Buia habitantem in dicta Villa, qui ipsum mag.m Dominicum in tenutam, et corporalem possessionem, seu quasi dicti mansi vigore dicti Laudi ponat, atque inducat ad plenum, cum omni melioramento, ac cum consilio sapientis si opus fuerit. Postquam statim constitutus suprascriptus mag.r Dominicus g Antedicti m.ri Joannij d'Alto per se, ac antedictos eius fratres et eorum heredes promisit dare prefato g Jacobo, aut suis heredibus, seu cui ius suum dare voluerit pro onorantijs dicti mansi Ducatos boni auri, et iusti ponderis quinque. Promitens dictus m.r Dominicus pro se et fratribus suis et pro eorum heredes de rato &c sub obligatione omnium suorum bonorum mob. lium, et immobilium, presentium, et futurorum, et integre refectionis omnium, et singulorum damnorum, et expensarum Lis, et extra, ac interesse ad plenum cum omni melioramento.

Et Ego Joannes q: Circumspecti Dñi g Francisci de Mastrinis Civis, et Not.s Venetiarum Lib.s Imp.i Aud.e Not.s Suprascriptum Instrumentum Locationis ex Notis dicti Genitoris mei fideliter exemplavi, signoque, et nomine meis appositis manivi, et roboravi, et in fidem omnium premissorum me subscripsi

Documentum premissum concordat &c. ita est Valentinus Blasutti Duig L.s V. A. Not.s

Die 18 Augusti 1748

in

In Christi Nomine Amen
Anno Natiuitatis eiusdem
Millesimo Trecentesimo Octuagesimo Nono Indictione Decimasecunda
Die uigesima quinta Aprilis

Actum Faganeç in Camino Domus solite habitationis infrascripti Joannis Venditonis - Presentibus & Blasio q: & Bettichi de Montevegali habitante in Spilimbergo, Francisco q: & Thoteri de Faganea, Vorlico q: Leonardi de Mels habitante Faganeç, Jacobo q: & Andreç de Venzono, et M.ro Nicolao Blandi habitante Venzoni & Matheo Blanchi de Fontanario Antonio q: Dezzi de Montio. et Henrico q: Bimbelyij de Buia Testibus omnibus ad hec uocatis, et alijs.

